

LIBER XIX.

1340-1341

1

Διαφορά ἐπὶ διανομῆς τιμαριωτικῶν κτημάτων. Ζητεῖται ὑπὸ τοῦ αἰτοῦντος Φραγκίσκου Ντὲ Γρι-
μάλδη ἢ ἐπέμβασις τῆς Βενετικῆς Γερουσίας, ἣτις δίδει πληρεξουσιότητα εἰς τὴν διοίκησιν
Κρήτης νὰ λύσῃ τὴν διαφοράν. 1340, Μαρτίου 19.

Fo 3^r N^o 21. Millesimo trecentesimo XL, die XIX Marcij.

1

Capta. Cum pro parte prouidi uiri Francisci di Grimaldo fidelis feudati
nostri Candide nobis fuerit expositum quod Petro Stadi et Marco Fontanela de
Candida scriptus erat in catastico de manifestis Candide quidam locus uocatus
Groto cum omnibus suis habencijs pertinencijs et uillanis, cuius loci medietas, 5
scilicet, pars tangens dictum Petrum peruenit per emptionem in ipsum Fran-
ciscum, cui nam scriptus est in catastatico prelibato, et in quadam ditione que
facta fuit inter ser Marcum Venerium contra pro quodam suo feudo uocato Thau,
et heredes ser Romei Quirino pro quodam suo feudo uocato Vassilchi, dictus
locus de Groto inclusus fuit feudo dicti ser Marci Venerij uocato Thau, quem 10
locum ad presens tenet et possidet ser Nicolaus Venerio quondam dicti ser Marci
seu olim tenuit et possedit eisdem Petro Stadi et Marco Fontanela non citatis
uel uocatis ad dictam diuisionem et nescientibus de ipsa quando fiebat et quod
ex tunc comparuerunt coram duche et consiliarijs Crete qui fuerunt per tempora
petentes plures ab ipso ser Nicolao Venerio dictum suum locum de Groto quem 15
occupatum tenebat seu tenet ut asseritur contra debitum rationis. Et quod que-
dam pars capta est iam diu in consilio Candide, continens quod si qua persona
grauata se indebite crederet et aliqua diuisione facta per partitores, et infra certos
terminos non possuerit pignus yperperorum xxv et postea ius suum non fuerit
consecta huiusmodi diuisio firma debeat permanere. Et quod quia dicti Petrus 20
Stadi et Marcus Fontanela infra ipsos tibi non dederant pignus nec consecuti



- fuerant iura sua iuxta tenorem ipsius consilij prefati ducha et consiliarij noluerunt se impedire in audiendo ipsum Petrum Stadi et Marcum Fontanela. Et nomine ipsius Francisci nobis propterea extiterit supplicatum quatenus de subuentionis nostre remedio sibi dignaremur mediante iusticia prouidere; ita ut iura eius audiri possent non obstante dicto consilio, quia res inter alios acta alijs preiudicare non debet. Capta fuit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete quod non obstante dicto consilio, nec scriptura catastichi, seu scriptura facta per predecessores eorum audiant ipsum Franciscum et iura sua superinde pro parte ipsum contingente de loco de Groto, et eis faciant iuris et iusticie complementum.
- 32 Non sincere 1 — de non 3 — Omnes alij de parte.

2

Ἡ ἐνοικίασις τῶν κτημάτων τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν κοινότητα θὰ γίνεται τοῦ λοιποῦ δι' 29 ἔτη, ἀνανεομένη μετὰ ταῦτα δι' ἕτερα 29 ἔτη. Ἡ δημοπρασία διὰ τὴν ἐνοικίασιν ταύτην τῶν 29 ἐτῶν θὰ γίνεται διὰ τὰ χωρία, χωράφια, ἀμπέλους καὶ κτήματα, τῶν ὁποίων ἡ μίσθωσις λήγει ἐντὸς πέντε ἐτῶν, οὐχὶ δὲ δι' ὅσα ἡ μίσθωσις λήγει μετὰ μακρότερον διάστημα. 1340, Μαρτίου 19.

F^o 3^r No 22. Millesimo trecentesimo XL, die XIX Marcij.

- Capta. Quod ad litteras missas per Ducham et consiliarios Crete super facto casalium et terrarum nostri communis Crete proxime complentium terminum sue afflictacionis facte specialibus personis, respondeatur et committatur ipsis duche et consiliarijs quod casalia terras, uineas, et proprietates dicti communis completurum terminum sue afflictacionis usque ad quinque annos uel inde infra faciant incantari deliberari et afflictari usque ad annos XXVIII renouando postea dictam afflictationem usque ad alios XXVIII annos prout alias factum fuit. Et de modo percipiende solutionis afflictus et alijs circa hoc opportunis faciant et obseruent sicut et ad illos terminos solutionis quibus extitit consuetum. Uerum de alijs non complentibus ad quinque annos sed ad terminum longiorem, non debeant adhuc facere aliquem incantum. Set rescribant nobis qualiter processerit negocium incantus predictorum, et utrum bene responderit pro nostro communi, et suum consilium de alijs restantibus, ut hinc de ipsis alijs ualeat prout expedierit prouideri, denotando etiam eis, quod licet intellexerimus per curiam nostram maiorem Crete, facta esse banna, ne quis habens de locis prefatis nostri Communis, audeat ea aliququaliter deuastare, tantum ad cautellam etiam prouideant, et imponant banna prout eis uidebitur, ut ipsa loca nostra ualeant in suo culmine conseruari.

